

August. Pares, Augustin. Clemens, D. Cyprianus S. Leo, Gregorius Nyssenus, Tertullianus, quos citant, & sequuntur Navarrus *cap. consideratione, de Penitentia, distinct. 5. num. 4.* Henriquez *lib. 5. cap. 5. n. 7.* Suarius *rom. 3. ad 3. part. disp. 2. sect. 2.*

Ita autem, quæ prohibetur in præcepto Decalogi, ut bene notant D. Chrysostomus *hom. 16. Imperfectus homin. 11.* est ira sine fundamento & ratione. Et ira præsentem textum communiter legunt Codices Græci. *Qui irascitur fratri suo temere, vel sine causa, reus erit iudicio.* Nam ira per zelum est commotio animi contra vitium, quod videt in persona contemne legem Dei. Et *ita hæc*, ait Albertus Magnus, *est mater disciplina, custos virtutum.* Nam hac laudabili ira commoti sunt, Moyses contra idololatrias. *Exod. 32. num. 19.* Phinees in luxuriantes; *Numer. 25. num. 7.* Samuël in Agag, Regem Amalech, *1. Regum. 15. num. 33.* Elias in Sacerdotes, *3. Regum. 18. num. 40.* Mathias in legatum Antioch. *1. Machab. num. 25.* de quibus pulchre ait D. Basilus *homil. 10.* de ira: *1. a, velut armis, utamur. Ideo Moyses omnium hominum mansuetissimus, vituli idololatriam dampnavit, levitarum manus in eadem fratrum amavit. Quid Phinees iustum reddidit; nonne contra fornicantes ira, qui, alioqui mitis, ac mansuetus existens, protinus irumque trucidavit? Samuël autem Regem Amalech nonne iusta ira in medium trahens occidit? Sic itaque sit ira sapienter bonarum actionum administra. Elias vero zelotes turpitudinis Sacerdotes iusta indignatione in totius Israël utilitatem, ut morte multarentur, effecit.*

43. Dnm uxor Jobum provocat contra Deum, ait ipse ad illam: *Quasi una de stultis mulieribus locuta es, Job. 2. num. 10.* quæ dicta fuisse animo indignabundo, clarius exprimit Septuaginta: *Respicens in illam dixit.* Sed cum Job tam patienter tot calamitates sustinuerit; tamen hic exarsit, ubi ratio, & occasio postulabat, cum in Deum irrogaretur injuria. Unde ait D. Chrysostomus. *Cum ea verba stomachum Iob morosissent (id, quod superiora mala facere minime poterunt) pleno iracundia vultu, trucique respectu ad uxorem convertitur.* Nam, ut etiam ait Lyran. *Quamvis afflictiones proprias patienter sustinuerit, tamen injuriam Dei absque reprehensione propria sustinere non potuit.*

44. Lyran. *Laudatur tamen injuriam Dei absque reprehensione propria sustinere non potuit.*

QUESTIO IX.

Explicantur tres gradus iræ, de quibus Dominus hic agit.

44. Tres gradus iræ Dominus hic proponit: *Qui irascitur fratri suo: Qui dixerit, Raca: Qui dixerit, Fatue.* Quos omnes perbene, ac eleganter explicat D. Paschasius *lib. 3. in Matt.* [Ita nihil aliud est, quàm motus animi felle amaritudinis contra quemlibet incitatus. Raca verò ira est cum voce irascens: sed *raca* Hebræum esse probatur, significans indignantis animi motum, quas Grammatici partes interjectionis vocant, velut cum in Latino dicitur à dolente, heu; ab irascente, hem: quæ nimirum voces in nullam aliam facile transferri queunt linguam, unde nec transferri hæc potuit, sed saporem sensus

etiam in Latino cum voce servavit. Ceterum qui dixerit, *fatue*, maledictionis animo, plus utique sit reus criminis: neque enim modicus furor est, virtutis gravitatem; & patientiam violat, & quem Deus tale suæ sapientiæ condidit, contumelia infatuati sensus laceffere.] Hac usque ille; quæ magis explico.

45. Primus gradus iræ: *Qui irascitur fratri suo.* Est illa ira, & indignatio, quæ concipitur, & continetur in animo. Dubitatur hæc, an sermo hic sit de omni ira: D. Augustinus *lib. 1. de serm. Domini.* Maldonatus, Franciscus Lucas, Barradas docent; hæc dumtaxat sermonem esse de ira mortifera. D. Chrysostomus verò, & Jansenius putant agi de illa, quæ est veniale peccatum. Probabilis, de utraque hæc agi, scilicet de ira mortifera, & veniali, utraque enim spectat ad iudicium divinum; quanquam dici possit, quod præcipue tractatur de mortifera, quæ spectat ad homicidium, ac iudicium capitalis culpæ.

Cardinalis Bellarminus *lib. 1. de amissione gratiæ, cap. 9.* hos tres peccatorum gradus ita distinguit, ut in *ira*, quæ est rea iudicij, denotatur culpa, & pœna venialis: in *raca* denotatur culpa major, de qua est dubium, an sit venialis, vel mortalis, quod à Concilio diffidendum est; in *fatue* denotatur culpa maxima; ideo durissima pœna gehennæ igni ei ascribitur. Quamvis hæc probabiliter sint dicta, tamen probabilis existimo, quod utroque gradu primo & secundo Christus agit non solum de veniali, sed etiam de mortali: quia in utraque ira, ira interna, quàm externa, non solum veniale, sed etiam mortale inveniri potest.

47. Secundus gradus iræ: *Qui dixerit fratri suo, Raca.* Circa hanc vocem *Raca*; maxime variant auctores. Primò Chrysostomus existimat, quod idem valet, ac *Tu*. Ut si quis dicat, tanquam per vilipendium; *Accede tu, recede tu.* Secundo D. Hieronymus, cum quo conveniunt Albertus Magnus, S. Thomas, Cajetanus, Abulensis, putat, *Raca* esse vocem Hebræam, seu Syriacam, & significare hominem vacuum, sine cerebro; hoc enim per contumeliam, & irrisionem dicitur de aliquo. Hoc tamen videtur coincidere cum sequenti gradu, quo fratri dicimus *fatue*. Et ita supra, ubi nos habemus: *Si sal evanuerit*, alij legunt, *Si infatuatum fuerit.*

48. Tertio Theophylactus ex nomine Hebræico: *Raca*, ait, *idem est, quod sputo dignus, vel conspuendus.* Hoc tamen magnam dicit contumeliam, quæ gravior videtur, quàm dicere *fatue*, quæ contumelia ponitur à Christo in ultimo, & summo loco. Quarto alij existimant, *Raca* esse vocem Græcam, & significare pannosum, seu vilibus vestibus coopertum. Cui interpretationi favet textus Æthiopicus, & Arabicus, ut patet ex versionibus.

49. Quintò Gregor. Michaelis Minorita in *proemio Grammaticæ Syriacæ, cap. de præstantia linguæ Syriacæ*, tres adducit hujus nominis *Raca* interpretationes, duas scilicet proximè citatas, quod *Raca*, idem valet ac *conspuere*, seu dicit contemptum, despectum, vilem, & abjectum, & addidit etiam, tertiam, quod *Raca*, idem est, ac testudo, quod animal ita Syris deforme habetur, ut maxime illud detestentur, & abhorreant, & ideo per magnam ignominiam dicebatur homo testudo.

Sexta

50. Sexta, & vera interpretatio, quam tradunt D. Augustinus, S. Anselmus, Rupertus, D. Antonius Ulyssiponenis *serm. in 5. Domini, post Pentecost.* & etiam D. Thomas, Abulensis, Hugo, & alij, quod *Raca* sit dictio Hebræica, nihil significans per modum conceptus, sed solum per modum affectus, sicut sunt apud nos interjectiones. Quod satis explicatum manet ex D. Paschasio in principio questionis.

51. Tertius gradus iræ: *Qui dixerit fratri suo, fatue.* Quod est, quando quis alteri dicit verbum contumeliosum determinatè significans opprobrium aliquod, per quod gravis iniuria sit in fama, & honore proximi. Ut si quis viro honesto dicat, *fatue*, stulte, vel sub *fatue* intelliguntur multa genera calumniarum, & convitiatorum, per quæ maxime læditur, ac vilipenditur honor, & decus viri nobilis, & honorati; & ideo hinc opprobrio, ac convitio gravior pœna, nempe gehennæ ignis, ei infligitur.

52. Et nullum sanè majus in hominem potest dici malum, quàm stultus vocari; nam in hoc continetur omne scelestum, ac depravatum, in quo nil boni reperitur. Commemoratur Moyses delicta populi in Deum; & tandem ait: *Hæcine reddis Domino, popule stulte, & insipiens?* Deuter. 32. num. 6. Grassatum erat in populo malum ingravidinis, Idololatriæ, blasphemæ in Deum. Et Moyses hic agit cum Judæis per exprobrationem, ut notat D. Hieronymus *in cap. 16. & 19. Jeremia.* Cur ergo exprobrando non appellat populum idololatram, ingratum, blasphemum, incredulum rebellem; sicut *Numer. 20. num. 10.* sed solum stultum, & insipientem dicit: in hoc uno omnia nequitiarum genera exprimebantur.

Abulens. Abulensis ibi quæst. 2. *Stulte, & insipiens: hæc mala patiebantur Judæi: nam stultus est deordinatus intellectus, & voluntate, ita quod nihil in eo bonum moraliter maneat.*

53. Esau, & Jacob fratres, & cum adhuc essent in utero matris, dictum est: *Major serviet minori.* Genes. 25. num. 24. Sed cur Esau, cum esset senior, privatur benedictione, hereditate, ac domo paterna; immo servituti subjicitur minori? Philo Judæus statim dandus, ac Diodorus in *Catena Græca*; ex etymologia nominis colligunt, *Esau* nihil aliud sonare, quàm ignorantem, & stultum. Optimè erit, quod omnibus proventibus expoliatus introducitur. Qui stultitiam in nomine deferebat, nil utile volebat asportare, sed omnium bonorum privatione circumdatus exibat, ac omnibus malis onustus gradebatur. Philo *lib. de sacrificiis Abel, & Caini.* *Cum legislator, ait, induxisset Esau illum, cui nomen ab imprudentia, antiquiorem; natu minori, nomen habenti ab honesto exercitio, tributi prærogativam generi.* Expende verba. Non tribuitur generis prærogativa antiquiori, nomen ab imprudentia vendicanti, sed juniori ab honesto nomenclaturam habenti.

QUESTIO X.

Explicantur tres gradus pœnæ, quos Dominus hic commemorat.

44. Tres species supplicij Dominus hic proponit respondentes tribus gradibus superioribus peccatorum. Primò. *Qui irascitur, reus est iudicio.* Secundò. *Qui dixerit, Raca, reus concilio.* Tertio: *Qui dixerit, fatue, reus gehennæ.* Ad hujus exactam explicationem breviter nota.

54. Ex antiquis Thalmudicis notandum est, quod apud Hebræos triplex erat tribunal. Primum erat *Triplex tribunal apud Hebræos*, in quo stabant tres iudices, & judicabant causas pecuniarias, & minores. Secundum tribunal appellabatur *domus iudicij viginti trium*; vel dicebatur *Synedrion parvum*, & in hoc iudicio sedebant viginti tres iudices, ad illudque pertinebant causæ capitales animarum; & hoc simpliciter dicebatur iudicium. Et hæc duo tribuna, tam trium virorum, quàm viginti trium, erant per singulas civitates. Deuter. 16. num. 18. Tertium tribunal vocabatur *Concilium, seu Sanedrion magnum*. In quo septuaginta duo Consiliarii, seu iudices stabant, juxta ea quæ Moyses fecit *Numer. 11. num. 24.* Et in hoc Concilio gravissima causæ reipublicæ, ac religionis, ut Idololatriæ, Apostasiæ, tractabantur. Et hoc summum concilium solum erat Jerusalemis, ut testatur Josephus *lib. 14. cap. 17.* Joseph. Unde meo videri, quando aliquis committebat aliquod pecuniaium crimen, dicebatur, reus est iudicio trium virorum; quando crimen capitale, Reus est iudicio, scilicet viginti trium, quia ad illud hujusmodi causa pertinebat; & hoc simpliciter dicebatur iudicium: quando aliquod gravissimum crimen perpetrabat, vulgaris erat vox: Reus est Concilio; quia ibi ejus causa agenda erat.

56. Prima species supplicij: *Reus erit iudicio.* Loquitur hic Dominus de iudicio, non ut *Numer. 21. Quæ pœna de iudicio humano, sed de iudicio divino.* Et facti: *Reus iudicio.* Dominus metaphoram de illo iudicio humani iudicio ad divinum. Primum autem iudicium trium virorum omisit Dominus, quia ibi agebatur solum de re pecuniaria; & hæc tractat tantum de iudicio viginti trium, quia ad illud pertinebat homicidium, sub quo Dominus includit iram. Et ait: *Reus erit iudicio*, hoc est, ut ejus causa examinetur in iudicio: nam si ira fuit consummata, & perfecta inferendi magnum nocuum proximo, est mortifera, & puniendâ, non pœna temporali, sed æterna; si autem ira extitit levis, vel motus quidem primoprimus, tunc dijudicandus est ad pœnam temporalem in Purgatorio solvendam.

57. Secunda species supplicij: *Reus erit Concilio.* Christus ex humanis explicat divina, & se accommodat ad modum loquendi Scribarum: nam qui committebat aliquod gravissimum crimen, dicebatur reus Concilio, seu Sanedrion; ita hic ait Christus: *Qui dixerit proximo suo gravio-rem injuriam Raca, reus erit Concilio*; hoc est, ut puniatur graviore, & majori pœna, ut fiebat in illo Concilio pro mensura, & quantitate delicti.

Tertia



58. Tertia species supplicij: *Reus erit gehenna ignis;* hoc est, qui aperte inferi proximo suo magnam, & gravem contumeliam, dicendo *facite*, nec jam iudicio, nec Concilio opus est, sed certa damnatio ignis inferenda. Hæc omnia, quæ dicta sunt, colliguntur ex communi consensu Doctorum, Theophylacti, Euthymii, D. Paschafii, Alberti Magni, D. Thomæ, Caietani, Hugonis, Corneli, & aliorum. Obiter tamen hic nota, quod Dominus hic tres ponit species culpæ, ac iræ, & unicuique proportionatam penam iuxta suam gravitatem; quod notavit D. Gregorius Magnus lib. 2. 1. moral. cap. 4. *Per gradus culpe*, ait, *crevit ordo sententiæ.*

59. Ne inexpressa transeat vox illa *Gehenna*, qua loco inferni, primus in sacris litteris usus est Christus Dominus. Gehenna erat vallis quædam vicina Jerosolymis ad orientalem plagam, cedronis aquis rigua; & olim extitit consecrata idolo Moloch, in qua ejus cultores liberos suos igne concrematis in holocausta offerebant, *Ierem. 7. num. 31.* Et licet olim locus extiterit amenissimus; tamen propter occisorum, ac cadaverum multitudinem erat maximè fetidus; & abominabilis: nam Josias prius Rex, mortuorum hominum ossibus, jumentorum cadaveribus, excrementis, ac sordibus, quæ à vicina Jerosolymorum civitate ed deferri iussit, spurcum locum, abominandumque reddidit, *4. Reg. 23. num. 10.* Ideo ob credulitatem ibi exercitam in concremandis filiis, & ob loci fetorem translatus est ad Infernum significandum, ubi maximè fiunt crudelitates, experimentanturque fetores. Dicebatur etiam locus iste *Tophet*, quod idem est, ac tympanum, quia dum pueri concremabantur idolo, strepitus fiebant, ne eorum gemitus audirentur.

60. Illud tamen inter hos tres supplicij gradus maximè notandum, quod illi, qui irascitur fratri suo, qui contumeliosè dixit magnum convivium *Raca*; nulla alia assignatur pena, nisi quod dicatur, *Reus erit iudicio; reus erit Concilio*, hoc est superiori iudicio. Cur non apponitur supplicium, sed pro punitione dicitur, *Reus erit iudicio*, hoc est, coram iudicibus stabit ejus causa in iudicio ventilabitur? Rigidum, magnumque supplicium profertur in hominem; quid durius, quàm quod homo alienum iudicium subbeat? nam dum fit de ejus factis inquisitio, manet homo de crimine suspectus, exponitur odio, invidiaque testium; & tandem bonæ, vel malæ unius iudicis est obnoxius sententiæ. Optime ergo ei, qui irascitur fratri, qui dicit contumeliosè in ipsum, nullum aliud præscribitur supplicium, nisi ipsum merum iudicium.

61. Agere tulit Job, quod amici sui fieri vellent iudices ejus; & ita dicebat eis: *Nunquid faciem ejus, scilicet Dei, acceptis, & pro Deo iudicare nitimini?* Job. 13. num. 8. Quod explicans Interlinealis ait; *Faciem ejus accipere, est auctoritatem ejus in iudicando sumere.* Et ita conqueritur Job, quod ipsi pro Deo vellent fieri iudices, ut explicant D. Gregorius, S. Odolonius, D. Thomas, Lyranus, Carthusianus. Cur ergo conqueritur Job, quod amici ejus iudices fierent? Nam ipsi erant amici Deinde Job ex tanta malorum coluvie iudicio aliorum mansit expositus, ut ipsum peccatorem esse dicerent. Et aliunde ipse patientissimus vir de se dicebat: *Si fuero iudicatus,*

scio quod iustus inveniar, ibid. num. 18. cap. 6. n. 10. *Non invenietis in lingua mea iniquitatem.* Si ergo ille ita de innocentia sua certus erat, cur recusat ab amicis iudicari? Optime, sanè; nam ipsum tribunal, dira condemnatio; coram iudicibus stare, coram interrogationes ferre, responsibus dare, magnum reputatur tormentum, & ad sententiæ auditum ambæ tumient aures; & timent etiam iustus, an humanus iudex in dicendo decipiat. Unde D. Gregorius lib. 1. 1. moral. cap. 15. reddens rationem, cur Job recusetur hujusmodi iudicium, ait: *Stulti, cum prudentium facta conspiciunt, hæc eis omnia reprehensibilia esse videntur.* Et ideo aliorum iudicium maximè fugiendum.

62. Valde durum, & rigidum, aliorum examen subire. Multas Regius Vates in proditorem Judam conjicit maledictiones, inter quas una est: *Scruietur fenerator omnem substantiam ejus, Pl. 108. num. 11.* seu, ut explicat ibi D. Augustinus, *Scruietur omnem vitam ejus*; hoc est, omnes ejus actiones, & modi diligentissimè, ac exactè inquirantur, & rimentur. Sed hæc pena infamæ datur proditori, cujus vita ita erat publica, & manifesta, ut de illo Joannes dicat cap. 12. n. 7. *Eur erat, & loculos habens*: Hujusmodi inquisitio valde dura est, & rigida pena multis injuriis, & contumeliis plena. D. Chrysostomus ibi: *Hæc est aliud genus calamitatis, omnibus modis, probris, & contumeliis affici.* Ita severum, & asperum est, propriæ vitæ examen pati, ut merito in maledictum, ac depravatam proditorem hoc supplicium tanquam execrabile, & detestabile infligatur. Vide supra cap. 3. n. 306. & 307.

63. *Matth. 5. n. 23.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te.

64. *Num. 24.* Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum.

VERSIONES.

65. *Syriacus.* Igitur si obtuleris munus tuum super altare, & illic recordatus fueris, fratrem tuum retinere contra te inimicitiam aliquam: dimitte illic oblationem tuam super altare, & abi; primum redi in gratiam cum fratre tuo: & tunc veni, offer oblationem tuam.

66. *Luciferus Calar. lib. 2. pro S. Athanasio.* Et ibi rememoratus fueris quod habeas aliquid cum fratre tuo, pone munus tuum.

S. Optat. Milev. Depone munus tuum ante altare, & prius conciliari. *Alqui ex Græc. Vade, reconciliare.*

QUESTIO XI.

Quare Dominus mandet, ut offerens relinquat munus ante Altare, & non secum asportet?

EXPOSITIO.

63. **I** ergo, Conjunctio illa ergo connectit hanc sententiam cum superiori, ut optime notavit D. August. l. 1. de serm. Domini in monte cap. 1. Et concludit Dominus quasi à majori: si enim non licet fratri irasci; multo fortius non licet, in animo retinere, quod possit in odium converti; & ita inimicitia deponenda, ut si de ea recordatus fueris, dum offers. **Alb. Magn. D. Thom.** Quatuor hæc ponderanda sunt cum Alberto Magno, D. Thom. Primò, si offers, dici actum voluntarium, & spontaneum, Valuntariè sacrificabo tibi. Plal. 53. num. 6. Secundò Rei proprietatis: munus tuum, Prov. 3. num. 9. Honora Deum de tua substantia. Per munus intelligit S. Victorinus in Apocalypsim. D. Augustinus nostras oblationes, sive orationes, Psalmos, hymnos. Tertio, loci opportunitas, ad altare. Quod tripliciter sumitur. Primò pro materiali templo Plal. 25. num. 6. Circundabo altare tuum Domine. Secundò, ut ait D. Thomas, pro Christo, Thronor. 2. num. 7. Repulit Dominus altare suum, id est, Christum in passione; Tertio, ut ait D. Augustinus, pro templo interiori, hoc est, pro cordis devotione. Si ergo offers munus tuum ad altare Ecclesiæ, vel ad Christum Dominum in sacra Eucharistia existentem, ut explicat sanctus Optatus Milevitensis proximè datus: vel in intima cordis devotione, & ibi recordatus fueris.

64. Sequitur quartum, charitas proximorum. Relinque munus tuum, & vade reconciliari, seu, ut alij legunt in Imperativo, reconciliare; quod habet magnam emphasim; nam apud omnes gentes habebatur in magnum piaculum, relinque sacrificium imperfectum, Reconciliari; explicat Albertus Magnus satisfaciendo, & petendo veniam. Habet aliquid adversum te. Quod aliqui cum D. Chrysostomo homil. 16. & Theophylacto, Euthymio interpretantur, nec solum quando proximum offendimus, sed etiam quando ab eo offensus sumus. Apertius tamen D. Paschasius, D. Augustinus, D. Hieronymus, S. Thomas Habere aliquid adversum, non est habere justam querelam contra nos, eo quod injuriam à nobis acceperit. Et ideo non dixit Dominus: Si tu habes adversum fratrem, sed, si ille habet adversum te.

65. In primo casu, ut notant Jansenius, & Maldonatus, quando à fratre passus injuriam, reconciliari cum eo, est consilium. In secundo vero casu, quando non eis intulimus injuriam, reconciliari cum eo, est præceptum affirmativum, quoad executionem obligans, prout ratio prudentiæ, & temporis dicit: quia fieri potest, ut frater sit nimis distans; quantum verò ad præparationem animi, intelligitur absolutè, & ut non differatur, ut docent Cajetanus, Franciscus Lucas.

66. **Jansenius, Maldonar.** In primo casu, ut notant Jansenius, & Maldonatus, quando à fratre passus injuriam, reconciliari cum eo, est consilium. In secundo vero casu, quando non eis intulimus injuriam, reconciliari cum eo, est præceptum affirmativum, quoad executionem obligans, prout ratio prudentiæ, & temporis dicit: quia fieri potest, ut frater sit nimis distans; quantum verò ad præparationem animi, intelligitur absolutè, & ut non differatur, ut docent Cajetanus, Franciscus Lucas.

Sylveira in Evang. Tom. II.

66. **I** offerens munus ante Altare, recordetur injuriæ proximi, jubet sanctissimus Magister: Relinque munus tuum ante Altare, & vade reconciliari cum fratre. Cur non dixit: Tolle munus tuum, asporta illud tecum; hoc enim magis videbatur spectare ad insinuandam reconciliationem cum proximo? Divus Paschasius lib. 3. in Marth. dubium pro-

Altari munus relinque precipitur; quia quidquid coram Deo rectè offertur, immutari non va- ponit; & solvit. Sic ait: Non enim sine causa, eo à cat. Imo vitium præventis corrigatur, & dilectionem, quam debet, prius fratri restituat. Tunc- que ad eum quantocius, coram quo munus statur, festinus redeat, obitographum quoque interea illud esse voluit. Ideo non refer munus tuum, dixit, sed relinque, donec idoneus ex conscientia placabilis offeras, quæ voluisti. Ubi tres rationes nobis in- culcat. Primò, Quia quicquid coram Deo rectè offertur, rectè immutari non vocat. Oblatio est jam ante Altare, & Deo dedicata; nam loquitur Dominus, ut ait Chrysostomus homil. 16. munere ipso jam posito, & inchoato sacrificio: ergo non licet, eam inde auferre, & asportare; nam quod semel Deo consecrasti, non est repetendum, sed potius defectus emendandus, & reconciliari, ac intima dilectio cum fratre ineunda. Secundò, Tuncque ad eum quantocius, coram quo munus statur, festinus redeat. Ut te obliget, ut celeriter facias cum fratre concordiam, ut velociter ad perficiendum tuum munus ante altare devenias. Quæ Deo datur, non danda recuperanda gratia Dei, ei mandatur: Relinque munus tuum. Quinto, Ne homo abijceret propositum colendi Deum, ideo voluntas benignè fovenda est, ac dirigenda ad vitium deponendum, & ad reconciliationem ineundam. Sexto, Si diceretur: Tolle munus tuum: videretur contumini oblatum, & quæ benevolenti animo offeruntur, non contemnenda sunt, nec aspernanda.

67. **Adstant Judas, & ejus fratres coram Joseph, qui quasi ad alienos durius loquebatur, Genes. 42. num. 7.** Qui postea redeuntes domum, cum iterum discederent in Egyptum, ex Jacob consilio munera deferunt Joseph. Et ait textus Genes. 43. n. 26. Igitur ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis, & adoraverunt eam proni in terram. At ille clementer salutat eis, Si hucusque durus, ac trucè facie agebat cum eis, cur modò hilari, ac placido vultu cum illis colloquebatur? Nunc munera illa integerrimum Joseph animum flexerunt: minime, sed pigneratur magnanimus Joseph animus, G g ne

66.

66.

66.

68.

69.

69.

69.